


## Oratio.

**D**A nobis, quæsumus omnipotens Deus, vitiórum nostrórum flammæ extingüere & qui beáto Laurentio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre : Per.

Memoria Octavæ diei S. P. Dominici per Ant. Transit pauper., V. Ora pro nobis. et Or. Deus, qui Ecclésiám, ut in j. Vesperis Festi.

Deinde fiat Memoria S. Tiburtii Martyris.

Ant.  
j.  
toni.



INCLYTUS Martyr Ti-búr-ti-us, cum nudá-tis  
plan-tis super prunas ardéntes incéderet,  
Fabi-áno præféc-to dixit : Vidétur mi- hi quod  
super róse-os flores incédam in nómine Dómini  
me- i Jesu Christi.

V. Posuísti Dómine super caput ejus. R. Corónam de lápide pretiósó.

## Oratio.

**B**EATI Tibúrtii Mártiris tui nos Dómine fóveant continuáta præsidia : quia non désinjs propítius intuéri & quos tálibus auxiliis concésseris adjuvári : Per.